Quelle: https://manuscripta.at/?ID=30611
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Undecima Raphidim .i. dissolutio siue sanitas fortium. Duodecima. Synai .i. Rubi plas nim.
Tercia decima sepulchra concupiscentie .i. hebraice cabaroth. attaua. Quarta decima assero-
th .i. atria. Quinta x. Rethma .i. sonitus uel iuniperus. Sexta x. Remmoth phares .i. mali
punici diuisio. Septima x. lebna .i. lateres. Octaua x. Ressa .i. frenum. Nona x. Ceelatha .i.
ecclesia. Vigesima. Mons sepher .i. pulchritudo. Vigesima .i. Arada .i. miraculum. Vigesi-
ma .ii. Maceloth .i. cetus. Vigesima .iii. Thaath .i. pauor. Vigesima .iiii. Thare .i. abactor uel
depulsor. Vigesima .v. Methca .i. dulcedo. Vigesima .vi. Esmona .i. festinatio. Vigesima .vii.
Meseroth .i. uincla siue disciplina. Vigesima .viii. Baneiacan .i. filii necessitatis uel
stridoris. Vigesima .ix. Mons gadgad numerus .i. expeditio siue accinctio. Tricesima
Jethabatha .i. bonitas. Tricesima .i. Ebrona .i. transitus. Tricesima .ii. Asiongaber .i.
ligna uiri. Tricesima .iii. Cades mutata siue translata. Tricesima .iiii. Mons hor quod
ipsum etiam interpretatur montes. Tricesima .v. Salmona .i. ymaguncula. Tricesima .vi. Phinon.
.i. os ab ore non ab osse. Tricesima .vii. Oboth magi uel phitones. Tricesima .viii. Jeaba-
rim aceruus lapidum transeuntium. Tricesima .ix. Dibongat. fortiter intellecta temptatio.
Quadragesima. Elmondeblathaim contemptus palatarum siue obprobrium. Quadragesima .i. mon-
tes abarim. montes transeuntium. Quadragesima .ii. Bethsimon domus solitudinis usque
Bellsatim quod interpretatur luctus spinarum. De euangelio Mathei

Liber generationis ihesu christi. Hec duo nomina diuise in scripturis ponuntur. Scilicet quando apostoli he-
braycis litteris ad hebreos scribunt ihesum quod est hebrayeum interponunt sicut hic. Quando ad grecos christum
sicut beatus Paulus epistolas suas scribens grece dicit. Paulus seruus christi ihesu.

Abraham. Interpretatur pater multarum gentium. Ysaac gaudium. Jacob supplantator.
Judas confessio. Phares diuisio. Zara oriens. Esrom salutis domini sagitta. Aram
electus uel iracundus. Aminadab populus meus spontaneus. Naason augur fortis.
Salmon sensibilis. Booz robur uirtutis. Obeth seruiens. Jesse incensum. Dauid. desid-
erabilis siue manu fortis. Salomon pacificus. Roboam latitudo populi. Abia pater dominus.
Asa tollens. Josaphat iudicans. Joram excelsus. Ozias robustus domini. Joatham perfectus.
Achaz apprehendens. Ezechias fortis domini uel confortans. Manasses obliuiosus. Amon fidelis
uel honestus. Josias salus domini. Jechonias (pater ioachim) preparatio domini. Joachim (filius) resurrectio domini.
Salathiel peticio mea deus. Zorobabel iste magister confusionis. Abiud pater meus iste. Eliach-
im. dei resurrectio. Azor adiutor. Sadoch iustus. Achim frater meus. Eliud deus meus iste.
Eleazar deus meus adiutor. Mathan donans. Jacob supplantator. Joseph auctus. Maria
Illuminatrix uel stella maris. Jhesus christus. Saluator unctus. Nota quod tres reges filii ioram
Ochozias. Joas. et Amasias. in genealogia domini non sunt. eo quod ioram se miscuit generi impiis-
sime iezabel. Non uixit permixtione euangelista: tres tessarice decades fierent. Queritur cur tha-
mar et raab. alienigenas et peccatrices in genealogia christi euangelista assumpserit. Cui respon-
dendum hic non eum fecisse nisi ostenderet quod is qui propter peccatores uenerat de peccatricibus nascens omnium
peccata deleret. Unde et in sequentibus Ruth moabitis et bethsabee uxor urie ponuntur eo quod christus
non solum iudeorum sed et gentilium saluator existeret. Queritur cur nomen urie in genealogia domini
saluatoris ponitur. tacito nomine bethsabee. Cui respondendum quod urie nomen qui uir iustus po-
suit. bethsabee non tacuit ob scelus immanissimum adulterii et homicidii quod perpetratum est propter
eam. Josias genuit Jechoniam et fratres eius in transmigratione babylonis sic intelligendum quod adhuc
sunt generati ut irent in transmigratione babylonis sicut postea fecerunt. Tercia tessarice deca-

Quare thamar et raab et cetere peccatrices mulieres in genealogia christi numerentur

Cur tacuerit nomen bethsabee.